faciendum officio suo per provisionale Decretum irremissibiliter compellantur. Qui si in hoc munere negligentes et ad id insufficientes deprehensi fuerint, volumus, ut quantocius substituatur alius, cui ex ejusmodi Vicariorum reditibus salarium conveniens assignabitur. Si verò Ludimagistri, ut et Ecclesiarum Custodes Laici fuerint atque in officiis suis desides exsterint, ab iis (nisi moniti emendaverint) servatis servandis, sine strepitu judicii, amovebuntur, et quatenus eo casu circa designandum Successorem illi, quibus jus eligendi aut constituendi Ludimagistrum vel Custodem de jure vel consuetudine competit, non conveniant, neque intra mensis spatium convenerint, Nos, seu noster pro tempore Vicarius in Spiritualibus pro illâ duntaxat vice (ne Juventus et Ecclesia negligantur) Successorem constituemus, eundemque ab omnibus nostris Officialibus et Curiis, tam Ecclesiasticis, quam Saecularibus manutenendum decernimus; Jubentes insuper, ut Ludimagistri et Custodes singulis annis, sicut et in visitationibus, claves deponant, sintque amovibiles, si contra eos querelae habeantur: in locis autem, quae Ludimagistro, ob defectum redituum, carent, de adhibito temporalium loci Officialium consilio, per collectam spontaneam à populo exigendam, instructioni juventutis summè necessariae (usque dum alia opportunior ratio juvandi appareat) provisionaliter consulatur; Noverint verò Pastores, sive habeant Ludimagistros Clericos, sive Laicos, sive etiam nullos, sibi nihilominus curam juventutis in fidei mysteriis instruendae (quae inter praecipuas officii Pastoralis partes numeratur) irrefragabiliter et principaliter incumbere, et sese de eâ coram tremendo Dei judicio rationem reddituros.

6to. Cùm ab oneribus fundationum adimplendis ipsi etiam Ecclesiastici et Sacerdotes saepius sub praetextu, quod Antecessores sui numerum Sacrificiorum in fundatione praescriptorum non observârint, vel residentiam aliaque in Choro et servitio Ecclesiae ex mente Fundatorum subeunda onera intermiserint, sese eximere praesumant, licet reditus respectu eorundem onerum adhuc sufficientes sint: volumus, ut hoc in casu, si literae fundationum exstent, Beneficiato pro tempore neque praetensa Antecessorum, neque propria aliquot annorum intermissio suffragetur; sed residentiae aliisque oneribus, juxta piam Fundatorum intentionem accuratè satisfiat, et Beneficiati ad eadem praestanda, praecluso illis ad forum contentiosum recursu, quovis opportuniore modo adstringantur, prout etiam provisionaliter adstringi volumus, si literis fundationum non exstantibus, de communi famâ nonnulla onera Beneficiis annexa esse credantur, dummodo subsit moralis certitudo, quod eadem per ultimum possessorem adimpleta fuerint, quod Visitatoribus in visitationibus, et alias per summariam extrajudicialem informationem, nostro in Spiritualibus Vicario examinandum et determinandum committimus.

7timo. Circa curam subsidiariam communi animarum bono perquam utilem, statuimus, ut si deperditis forsan fundationum literis, aut iis non satis clarè loquentibus, duo ultimi Antecessores, seu etiam ultimus, cum famâ alicujus obligationis similem curam exercuerint, idque sufficienti testimonio, extrajudicialiter tamen examinando, perhibeatur, ad eadem Beneficia nonnisi testimonio nostro seu nostri in Spiritualibus Vicarii Generalis idonei ad onus praestandum praesententur, nominentur, seu alii in illis Beneficiis constituantur, si secus factum fuerit, nominationem, praesentationem, et constitutionem nullam et invalidam haberi volumus, atque alteri ad curam subsidiariam capaci ex jure devoluto illud Beneficium conferri, et hujusmodi Collatarium manuteneri, idemque in secuturis vacationibus tamdiu observari mandamus, donec Beneficium ab illo onere curae subsidiariae liberum competenter fuerit declaratum.

Quemadmodum verò per praemissam Ordinationem nostram jurisdictioni ordinariae et contensiosae Officialium nostrorum tam parum, quam juribus partium, quicquam derogare, aut praejudicare; sed super iis, quae ob periculum animarum, et debitum cultum Divinum moram non patiuntur, provisionaliter solummodo providere voluimus; sic quoque partibus, quae per provisionalem hanc nostram eique conformem Vicariorum nostrorum aliorumque Visitatorum futuram ordinationem, se contra praetensa jura laesas esse putaverint, recursum ad ordinariam et contentiosam Officialium nostrorum jurisdictionem nullatenus quidem interdicimus, his tamen seriò et sub poenâ arbitrariâ mandamus, ne ullatenus praefatas Visitatorum nostrorum provisionales ordinationes, earumque effectum et executionem (usque dum ordinariâ juris viâ aliud evictùm, aut à Nobis ipsis aliud ordinatum fuerit) impediant vel inhibeant, sed eam ad hoc requisiti promoveant, partesque ordinariis mediis executionis ad parendum compellant. In cujus rei fidem praesentes à Nobis subscriptas Sigillo nostro communiri, debitè publicari, inconcusseque observari jussimus, atque districtè jubemus. Bonnae die 28. Augusti 1715.

(L. S.) Josephus Clemens.

Ista itaque utilissima Ordinatio decernendis innumeris quaestionibus quoad citatas materias undequaque quotidie emergentibus perquam apposita, cum, uti dolenter intelleximus, usque adeò in desuetudinem devenerit, ut nec ejus memoria alicubi videatur esse retenta, eandem ex integro confirmandam ac renovandam esse duximus, prout tenore praesentium confirmamus ac renovamus, omnibus ac singulis Curiarum nostrarum sive Ecclesiasticarum sive Saecularium Officialibus, strictè, et sub poenâ Nobis arbitrariâ praecipientes, ut ad ejus exactam observantiam invigilent, nec non respectivis suis Authoritatibus assistant. In quorum fidem praesentes Manu nostrâ subscriptas, Sigillo nostro communiri jussimus. Bonnae 15. Februarii 1740.

Clemens Augustus Elect. mpp.

(L. S.) C. J. Melchiorri.

Nr. 8.

Verbot der Taubenflucht gegen Unberechtigte, vom 12. Sept. 1725.

Demnach Ihrer Churfürſtl. Durchl. zu Cöln, Clement Auguſt, in Ob- und Niedern Bäyeren Hertzogen, unſerm gnädigſten Herrn von verſchie-

denen Orten Ders Ertz-Stiffts unterthänigſt klagend angezeigt worden, daß bey der Saat- und Aernd-Zeit dadurch auf dem Feld und Aeckeren groſſer Schade geſchehe, daß in denen Städten, Freyheiten und Flecken von denen zum Tauben-Flug nicht Berechtigten die Tauben in groſſer Mänge und Anzahl gehalten und zum Feld-Flug ausgelaſſen werden, Höchſtbeſagte Ihre Churfürſtl. Durchl. aber dieſes zum Nachtheil des gemeinen Weſens gereichendes ſchädliches Tauben halten länger nicht geſtatten, ſonderen ein- und abgeſtelt wiſſen wollen, als befehlen dieſelbe allen und jeden, welche zu dem Tauben-Flug nicht berechtiget ſeynd, hiemit gnädigſt und ernſtlich, daß ſie acht Tag nach Verkündigung dieſes Verbotts die Tauben und deren Auslaſſung zum Feld-Flug unter der Warnung ab- und einſtellen ſollen, daß ſonſten Burgermeiſter und Rath in denen Städten die Tauben-Häuſer verſtöhren und zerbrechen, fort die Tauben hinwegnehmen ſollen, diejenige aber, welche etwa zahme Haus-Tauben halten wollen, ſollen dieſelbe eingeſperrt halten und zum Feld-Flug und Raub nicht auslaſſen; Wornach dan Burgermeiſter und Rath in denen Städten, Freiheiten und Flecken ſich zu halten, und ein jeder für Schaden ſich zu hüten wiſſen werden. Bonn den 12. Septembris 1725.

Maximilian Graf zu Manderſcheid
Churfürſtl. Statthalter.

Vt. J. M. Schönhoven.

(L. S.) G. J. Dierna.

Nr. 9.

Verbot des unnöthigen Schießens und Raquettenwerfens, vom 5. Jun. 1728.

Von Gottes Gnaden Wir Clement Auguſt Ertzbiſchoff zu Cöllen, ꝛc. Nachdemahlen Uns die Anzeig geſchehen, auch die Erfahrung gegeben, was maßen durch das unnöthige Schieſſen, Raquetten werffen und dergleichen öffters groſſe Unglück und Brand-Schaden entſtanden, und daherro unſere Landes-Vätter- und Fürſtliche Obſorg erfordert ſolchem Unweeſen, und darauß entſtehenden ferneren Unglücks-Fällen, ſo viel möglich, künfftighin vorzukommen; als wird hiemit allen und jeden ſo Civil- als Militair-Perſonen ernſtlich und unter arbitrarie Geld- und nach geſtalt der Sachen unter Leibs-Straf hiemit eingebunden, ſich des Schieſſens, Raquetten Werffens, und anderen dergleichen gefährlichen Feurwercks nicht allein in hieſiger unſerer Reſidentz-Stadt Bonn, ſonderen auch allen anderen unſeren Ertzſtifftiſchen Städten, Flecken und Dörfferen allerdings zu enthalten; Wir befehlen auch hiemit gnädigſt und ernſtlich allen und jeden unſeren Stadthalteren im Veſt Recklinghauſen, Amtleuthen, Unter-Herren, Generalen, Gubernatoren, Commendanten, auch

anderen hoch- und niederen Kriegs-Officiers, Vögten, Richteren, Schultheiſen und übrigen Bedienten, weniger nicht Bürgermeiſteren und Rath in denen Städten, auch Vorſteheren deren Gemeinheiten auf ſolches unzuläßiges Schieſſen, Raquetten werffen und Feurweeſen genaue Auffſicht zu nehmen, und die hiergegen betrettende Verbrechere ohne Anſehung der Perſonen in Arrest zu nehmen, und nach Befinden der Sachen mit ſcharffer Geld- oder Leibs-Straff zu belegen, wan aber wegen Gröſſe des dadurch etwa verurſachten Schadens oder ſonſten Bedencken ſeyn ſolte, wie und welcher geſtalt die daran Schüldige zu beſtraffen; alsdan darüber dieſelbe in ihrer Verantwortung zu vernehmen, und ſelbe ſambt der Sachen Umbſtänden an hieſigen unſeren Hoffrath ſchleunigſt zu berichten, wornach ſich dan männiglich zu achten und für Schaden zu hüten wiſſen wird. Geben Brüel den 5. Junii 1728.

Clement Auguſt Churfürſt.

Vt. Graff von Virmont.

(L. S.) J. Bolles.

Nr. 10.

Verordnung, daß den Katzen die Ohren abgeſchnitten werden ſollen, vom 12. Mai 1747.

Von Gottes Gnaden Wir Clement Auguſt Ertzbiſchoff zu Cöln ꝛc. Thuen kund, und jedermänniglichen hiemit zu wiſſen; Nachdem Uns die unterthänigſte Anzeig geſchehen, es auch die tägliche Erfahrnüs gibt, was maſſen durch das beſtändiges Auslauffen deren Katzen in Felder- und Wieſen die jungen Feldhüner und Haaſen, ſo dan ausfallende junge Faſanen zu nicht geringem Verderb der Jagd von ſelbigen weggefangen, und aufgefreſſen werden, zu Vorbiegung deſſen aber Wir gnädigſt wollen, daß allen in unſerem Ertzſtifft bey unſeren Unterthanen, ohne Ausnahme der Perſonen, befindlichen Katzen die Ohren, und zwarn platt am Kopff abgeſchnitten werden ſollen, damit dieſelbe beym Thau oder Regen-Wetter in die Felder- und Wieſen nicht mehr auslauffen, denen Faſanen und ſonſtigem kleinen Wildprett aufpaſſen, und ſelbiges wegfreſſen mögen; So befehlen Wir allen und jeden, wes Stands oder Weſens ſie immer ſeyen, ohne Unterſchied gnädigſt, und ernſtlich hiermit, geſtalten alſofort nach beſchehener Publicir- und Affigirung gegenwärtiger Verordnung, denen bey ihnen befindlichen Katzen die Ohren platt am Kopff abſchneiden zu laſſen, widrigenfalls zu gewärtigen, daß ein jeder hierunter ſaumſehlig erſcheinender bey Monatlich vornehmender Visitirung für jedere mit Ohren befindliche Katz jedesmahl in eine Straff eines Viertentheil Goltgülden verfallen ſeyn, und dafür unnachläſſig exequiret werden, des Ends auch jederen Orths Beambter die Visitirung durch den Botten, bey deſſen Abgang aber durch einen anderen aus der